SECONDE CENTURIE *de Plantes cellulaires exotiques nouvelles*, Décades III, IV et V.

Par C. MONTAGNE, D. M.

Suite (Voy. page 207.)

Cryptogamarum Guianensium continuatio.

PYRENOMYCETES Fries.

21. *Thamnomyces rostratus* Montag. mss. : ramosus, ramis teretibus longissimis erectis, pseudo-perithecia lateralia, sessilia, ovata, patentia, ostiolo longo acuto rostrata.

HAB. in montosis sylvaticis circà Cayennam, ad truncos prostratos putridos, aprili 1839 lectus. — Lepr. *Coll.* n° 390.

DESC. *Stroma* basi convexo-applanatum, scutiforme vel hemisphæricum à quo exsurgunt caules simplices vel breve post intervallum ramos binos oppositos strictos longissimos emittentes. *Rami* filiformes, teretes, quincunciales et ultrà, setâ porcinâ duplò triplòve crassiores, fragilissimi, undiquè peritheciis tecti. *Perithecia* superficialia, ovata, minima, granum milii vix adæquantia, acumine filiformi recto aut incurvo perithecii longitudine rostrata, intervallo lineari-bilinearive inter se distantia, divergenti-patentia, à stromate communi formata et intùs nigra. *Asci* nulli. *Sporidia* fusca, centesimâ parte millimetri minora, oblonga, hinc subconcava, semen scilicet phaseoli, si parva licet componere magnis, prorsùs referentia. Junior totus fungus pruinosus, albo-roseus; adultus aterrimus, centro subfistulosus.

Nulli descriptorum comparandus nisi forsan *T. chordali* Fr. à quo, si modò specimina Friesiana completa fuerint, nostra verò stromate ramoso, peritheciis omnibus longè rostratis et sporidiis subreniformibus, non autem globosis, differre videntur.

Pl. VI, fig. 2.— *e. Thamnomyces rostratus*, un peu plus grand que nature, au moins sous le rapport de l'épaisseur des rameaux et de la grosseur des périthèces; car, pour la longueur, la figure représente fidèlement mes échantillons les plus grands. *f.* Une des loges formées par le thalle ou stroma, vue entière et grossie environ quatre fois. *g.* La même, coupée selon sa longueur, pour montrer sa cavité et le canal dont est creusé son bec, pour donner issue aux sporidies. On voit aussi en *g'* une sorte de canal fort étroit qui occupe l'axe du stroma. *h.* Sporidies réniformes contenues dans les périthèces, et grossies près de 400 fois.

* *Thamnomyces Chamissonis* Ehrenb.

Obs. Ut ut specimina omnia à cl. Leprieur relata comminuta sint, nihilominùs ea dignosci mihi tamen contigit.

22. *Hypocrea phyllogena* Montag. mss.: pulvinata, hemisphærica, basi constricta, aurantiaca, peritheciis periphericis erectis ovatis ostiolisque punctiformibus vividè purpureis in stromate concolori nidulantibus.

Hypocrea melinocarpa Montag. in litt. ad illustr. Friesium.

Hab. in foliis adhùc vivis! *Coutareæ, speciosæ* ad oras sylvarum circà Cayennam, Martio 1839 lecta. — Lepr. *Coll.* n° 580.

Desc. Tota semilineam alta, vix lineam crassa, extùs intùsque aurantiaco-purpurea, suprà convexa, subtùs applanata folio adnata, medio subconstricta. *Perithecia* vividè purpurea, elongato-ovata, ostiolo convexo instructa. *Asci* valdè singulares, lineares, altero fine angiporto hemisphærico vel triquetro, angulis obtusis, terminati, sporidiisque referti linearibus curvulis hinc in medio ventricosis, sporidiola globosa minutissima hyalina continentibus. Exsiccata pallidè ochracea fit.

Hypocreæ roseæ affinis, sed determinata est, non autem effusa; formâ externâ regulari, colore notisque microscopicis specificam distinctionem confirmantibus.

Pl. VI, fig. 4. — *m, n.* Deux individus de l'*Hypocrea phyllogena*, vus de grandeur naturelle. *o.* Un de ces individus entier et grossi environ 4 fois. *p.* Le même, coupé verticalement par le milieu, pour faire voir la disposition des loges autour du stroma orangé. *q.* Une des loges séparée, mais encore enchâssée dans le stroma, pour mieux faire voir sa forme, ainsi que la disposition de l'ostiole *q'*.—*r.* La même, coupée verticalement par son milieu, pour montrer la forme et la couleur de sa cavité. *q.* et *r.* sont grossis de 7 à 8 fois. *s.* Une des thèques ou *asci,* si singulièrement conformées; elles sont en grand nombre dans le nucléus. *t.* Sporidies ventrues remplies de sporidioles globuleuses; ces deux dernières figures sont grossies 380 fois.

* *Hypocrea militaris* Fries. Forsan diversa. Asci filiformes longissimi ($\frac{15}{100}$ millimetri) sporidiis globosis serie unicâ referti.

Hab. in sylvis montosis *Kau* ad cortices, Maio 1838 lecta. Unicum exemplar. — Lepr. *Coll.* n° 402.

23. *Hypoxylon* (Xylaria) *grammicum* Montag. mss.: magnum, suberosum, clavæforme, crustaceo-laccatum, rigidum, fragile, fuliginoso-atrum, glabrum, clavulâ elongatâ cum stipite confluenti, apice acuminato obtuso sterili, lineolis (sulcis planis) longitudinalibus flexuosis anastomosantibus vix impressis percursâ, intùs cavâ, peritheciis carbonaceis tenuibus determinatè seriatis, ostiolis in medio sulcorum papillatis. Asci sporidiaque generis.

Hab. ad truncos putridos secùs ripas amnis *Saï*, in Guianâ centrali, Maio 1836 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 253.

Desc. Tota 4-5-poll. alta. Clavula 2-3 pollicaris, digiti minimi crassitudine, cum stipite confluens. Perithecia sat magna, tenuia, in seriebus disposita, sulcis externis, quibus mediana ostiola punctiformia adparent, respondentia.

Obs. Ab *Hypoxylo papyrifero* Link proximo nostrum cortice laccato, peritheciis seriatis non verò stipatis, lineolisque s. sulcis præsertìm clavulæ; ab *H. ascendenti*, peritheciis carbonaceis, non pallidis, clavulâ simplici lævi et stipite glabro, non leproso, differt. Ad nullum ullum accedit.

Pl. IX, fig. 1. — *a. Hypoxylon grammicum,* de grandeur naturelle. *b.* Coupe transversale du stroma, pour montrer le profil des sillons auxquels viennent aboutir les ostioles des périthèces; ceux-ci sont hors de proportion avec la grandeur du stroma, mais le défaut de place n'a pas permis de donner à celui-ci tout le développement qu'il devrait avoir. *c.* Portion d'une section verticale du stroma vue en dedans. On y remarque la disposition des périthèces sur des lignes qui se bifurquent et s'anastomosent souvent entre elles, en le parcourant longitudinalement, ainsi qu'on le voit d'ailleurs très bien en *a.* La figure *c,* grossie un peu plus du double, ne laisse plus voir que les fossettes qu'ont occupé les loges déjà tombées. *d.* Un des sillons très grandi, où l'on peut voir trois ostioles qui en occupent le milieu, et autour de chacun d'eux, une légère convexité qui indique la place des périthèces. *e.* Sporidies.

24. *Hypoxylon* (Xylaria) *Rhizomorpha* Montag. mss.: carnoso-suberosum, atrum, intùs nigrescens, à basi ramosum, dichotomum, teres, læve, apicibus filiformi-attenuatis, peritheciis superficialibus sparsis, raró confluentibus, depresso-globosis vel ovatis, ostiolo papillæformi.

HAB. ad terram in sylvis Guianæ centralis forsan è caudice quodam abscondito enatum. Maio 1836 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 234.

DESC. Hæc species, quæ *Rhizomorpham* maximè refert, cum radice subterraneâ sex pollices metitur. *Radix* seu caudex crassus, pollice longior, caules emittit binos solidos, suberosos, flexuosos, pennam corvinam æquantes crassioresque, teretes, sensìm sensìmque attenuatos, bis dichotomos, clavulis fastigiatis, in parte superiori peritheciis tectos. *Perithecia* superficialia, globoso-depressa, hemisphæricave, carbonacea, intùs atra, hìc conferta, illic magis sparsa, indumento stromatico tenuissimo vestita, minoribus majoribusque granum sinapios æquantibus permixtis, ostiolo papillæformi in ætate provectâ deciduo instructa. *Asci* non observati. Sporidia generis.

Species *H. portentoso* Montag. (in d'Orbig. *Voy. Amér. mér. Flor. Boliv. Crypt.* p. 47) ob perithecia superficialia analoga, toto cœlo autem diversa.

25. *Hypoxylon* (Xylaria) *enterogenum* Montag. mss.: stroma clavatum, intùs solidum, pallidum, extùs velo argillaceo polito planè obductum, stipitatum, stipite brevi compresso sulcato, peritheciis dimorphis, aliis normalibus periphericis minoribus et minimis ostiolo subtilissimo instructis, aliis endogenis maximis crassis carbonaceis astomis, nucleo libero ceraceo sporidiis? constante ovato-globosis hyalinis, variæ magnitudinis, insignibus.

HAB. in sylvis Sinnamariensibus ad truncos putridos, 1839, lectum.—Lepr. *Coll.* n° 411.

DESC. Tota sesquipollicem et quod excedit alta, tres lineas crassa, basi stipitis scutatâ ligno affixa. Ostiola peritheciorum normalium sparsa, nitida, crustam argillaceam non aut vix superantia ut puncta omnium minima in conspectum prodeunt.

Hæc species valdè singularis, *Hypoxylo cubensi* affinis, à quo velo crustæformi argillaceo-ochraceo persistente lævigato nec non duplici peritheciorum formâ maximè recedit. Quid autem prodigiosiùs quàm illa perithecia videre maxima, periphericis triplò majora, in medullâ centrali nidulantia et sporidiis alienæ formæ repleta? Specimen equidem esse monstrosum persuasum me habuissem nisi crusta hæc, omnibus mihi notis et descriptis

aliena, eam plantam autonomam fuisse mihi suasisset. Sporidia peritheciorum normalium omninò generis.

26. *Hypoxylon*(Xylaria) *hyperythrum* Montag. mss.: simplex, suberosum, clavulâ lanceolatâ, stipitatâ, stipite glabro basi scutulatâ affixo, intùs pallidâ, extùs atro-corticatâ veloque subpulverulento rubiginoso persistente obductâ, rugosâ, peritheciis periphericis immersis carbonaceis atris, ostiolis papillatis prominulis.

Hab. in iisdem locis ac præcedens lecta.

Desc. Unciale et parùm ultrà, lineam sesquilineamve crassum, totum velo incarnato-rubiginoso vestitum, intùs pallidum et solidum lineâque centrali nigrâ longitudinaliter percursum. *Perithecia* primâ ætate minima, pallida, demùm ampliora, minutula tamen et illis prioris duplò majora, ostiolo nigro prominulo munita. *Sporidia* generis. Species *H. enterogeno* et *Guepini* Fr. satis proxima, plurimis autem notis ab utroque recedens.

27. *Hypoxylon*(Xylaria) *guianense* Montag. mss.: suberosum, clavæforme, maximum, crassum, simplex, subcompressum, læve, fuliginoso-atrum, intùs album, stipite lacunoso-plicato, peritheciis globoso-depressis periphericis immersis, ostiolis in disco excavato plano, primò albo velato, demùm nigro prominulis.

Hab. ad truncos arborum putridos in monte *Tigre* insulæ Cayennæ. Martio 1838 et 1839 lecta. — Lepr. *Coll.* n° 250.

Desc. Maximum, 2-4-unc. altum, sex lineas et ultrà crassum, à basi sensim in clavulam incrassatum, extùs fuliginoso-nigricans, intùs albidum, solidum, demùm centro excavatum. *Stipes* rugoso-plicatus, deorsùm non raró curvatus, pollicem sesquipollicemve attingens et sursùm in clavulam abiens. *Clavula* regularis, biuncialis et ultrà, semunciam crassa, interdùm compressa, apice rotundato-obtusa, *Clavariam pistillarem* formâ æmulans, superficie rimulosâ, tota punctis, in alteris exemplaribus albis, in alteris verò nigris notata, quorum in medio ostiola prominula conspiciuntur. In juniori fungo nullum eorum adest vestigium. Sed cortex seu velum fuliginosum quo obducta est hæc species, sensim evolutione ostioli sublevatum, tandem circumscissum elabitur et relinquit foveolam exactè orbicularem, mediam millimetri partem diametro attingentem, parùm verò profundam, potiùs superficialem, planam, margine circulari abrupto circumscriptam, primò pulvere albo inspersam, deindè nudam, clavulæ subconcolorem. *Perithecia* peripherica, globosa, carbonacea, magnitudine seminis papaveris, in stromate albo immersa. *Ostiola* brevia in disco crustæ

insculpto, de quo suprà dictum est, prominula. *Asci* filiformi-clavati, maximi, paraphysibus æqualibus immixti. *Sporidia* octona cymbiformia uniseriata opaca hinc gibbosula.

Ab *H. Gompho* Fr. staturâ cujus formâque utitur, recedere videtur, 1° clavâ lævigatâ, nec lacunoso-rugosâ, 2° colore fuligineo, non autem piceo-atro; 3° stipite lacunoso, non lævi; 4° tandem ostiolis non solùm oculo inarmato conspiciendis sed etiam, quod in hâcce nostrâ peculiare est præbetque notam specificam, in areolâ seu disco parvulo impresso orbiculari prominulo-punctiformibus. Ob eamdem notam ab omni formâ vel simplici *H. polymorphi* diversissima. Nihil habet commune, nisi forma, cum *Hypoxylo rhopaloide* Kze. (sub *Sphæriâ*), quod mihi misit olim cl. auctor.

Pl. IX, fig. 2. — *f. Hypoxylon guianense*, de grandeur naturelle. *g*. Clavule coupée longitudinalement pour montrer la disposition et la grandeur relative des périthèces placés à la périphérie. *h*. Portion du stroma avec le disque orbiculaire, au centre duquel se montre l'ostiole. *i*. Section horizontale passant par le milieu du périthèce et montrant le profil du disque, de l'ostiole et de la loge. *k*. Une thèque entourée de paraphyses et contenant huit sporidies. *l*. Plusieurs sporidies libres. Ces deux dernières figures sont grossies 380 fois.

28. *Hypoxylon* (Xylaria) *rhizocola* Montag. mss.: elatum, gracile, stipite elongato lævi è radicibus plantæ cujusdam (cl. detectori ignotæ) enato, extùs opaco, intùs solido pallido, clavulâ pro ratione brevi lanceolatâ apice fertili, peritheciis periphericis confertis minutis atris prominulis rugoso-colliculosâ, ostiolis punctiformibus atris.

Hab. in sylvis Guianæ centralis secùs amnem *Inipi*, Aprili 1836 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 235.

Totum quadriunciale, crassitie pennæ corvinæ. *Clavula* semuncialis et stipite parùm crassior. Ab Hypoxylis omnibus formâ, brevitate præsertìm clavulæ pro ratione stipitis eam quater longitudine superantis, necnon habitatione speciali in quâdam radice nobis ignotâ, quæ radicibus *Ranunculorum* quorumdam fasciculatis, ab hortulanis *griffes* nuncupatis, non absimilis, differre videtur. *Sporidia* generis, quæ tamen facillimè ab ascis et illis normalibus liberantur.

P. IX, fig. 3. — *m. Hypoxylon rhizocola,* de grandeur naturelle. On voit en *m'* la racine fasciculée sur laquelle se développe cette Hypoxylée; en *m''* le stype, et en *m'''* la clavule couverte de périthèces.

29. *Hypoxylon* (Xylaria) *Cubense* (1) Montag. mss.: clavæforme, junius cæsio-pruinosum, compressum, obtusum, adultum longitudinaliter bipartitum, lævigatum, nudum, nigrum, unciale, brevissimè stipitatum, longius, intùs cavum, demùm planè vacuum, peritheciis periphericis confertis globosis (nec unquàm mutuâ pressione deformatis) intùs nigris, stromate fuliginoso junctis, ostiolis acutis nitidiusculis parùm suprà crustam prominentibus.

Sporidia fusco-nigra generis quæ verò id sibi peculiare habent quod non ascis genuinis regularibusve, sed massæ celluloso-fibrosæ compactæ, seu cellulis nuclei, inclusa sunt.

Hypoxylon cinereo-cæsium Montag. in litter. ad illustr. Friesium.

Hab. in sylvis ad ligna dejecta secùs amnem *Conana* Guianæ gallicæ lectum. Etiam è Cubâ insulâ idem habui relatum. — Lepr. *Coll.* n° 403, 404 et forsan 233.

30. *Hypoxylon* (Xylaria) *comosum* Montag. mss.: simplex, stipitatum, stipite coriaceo-suberoso, nigro-velutino, clavulâ brevi ellipticâ, etiam villosulâ, crustâ rimosâ (velo) juniore ochroleucâ demùm fucescente obductâ, apice variè fimbriatâ, fimbriis comam fingentibus, intùs in ætate juvenili fibris transversalibus farctâ, dein, provectâ ætate, columellâ axili pallidâ tantùm percursâ, cæterùm vacuâ, peritheciis globosis, sparsis (quod singulare) membranaceis mollibus, flaccidis, collabentibus, ostiolis papillatis rimulas crustæ sæpiùs insidentibus.

Hab. ad lignum emortuum in sylvis Sinamariensibus, Januario 1839 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 418.

Ab *Hypoxylo flabellari* Nob. (*Sphæria* Schwz.) proximo nostrum recedere videtur et magnitudine, et basi non bulbosâ.

(1) On trouvera une description et une figure de cette espèce dans l'ouvrage de M. Ramon de la Sagra, intitulé : *Histoire physique, politique et naturelle de l'île de Cuba.*

Cæterùm fungus Schweinitzianus sterilis videtur aut saltem parum evolutus. Specimina in nostro etiam sterilia adsunt.

Obs. L'organisation de cette plante est si tranchée et si remarquable, que je serais vraiment tenté de la regarder comme devant servir de type à un genre nouveau, si son port et tous ses autres caractères ne la retenaient invariablement parmi les Hypoxylons. En effet, des périthèces membraneux, blanchâtres ou noirâtres, mais mous quand ils sont humides et toujours affaissés après l'évacuation du nucléus, ainsi qu'on l'observe dans le *Sphæria ditopa* Fr. et quelques autres, forment un caractère tout-à-fait singulier dans cette tribu. Ces périthèces, sous forme de poches membraneuses souples et flasques, sont fixés à la base des ostioles; mais ceux-ci offrent eux-mêmes une particularité: c'est que, formés en apparence par la croûte du stroma, leur figure est celle d'un entonnoir très évasé et renversé dont la base, tournée vers l'axe de la clavule, servirait de point d'attache aux poches en question; mais, à la maturité ou plutôt dans la vieillesse de la plante, comme les périthèces adhèrent moins intimement sans doute au bord des ostioles qu'aux fibres médullaires du stroma, dans lesquelles elles sont immergées, entraînées par la chute ou le retrait de celles-ci, elles abandonnent l'ostiole, qui reste enchâssé dans la croûte du stroma, ou peut-être, comme je l'ai déjà dit, est formé par lui.

Les périthèces offrent les mêmes caractères dans l'espèce suivante, mais, au lieu d'être pâles, ils sont d'une couleur obscure, presque noirâtre. Ils m'ont offert des sporidies que je n'ai pu trouver dans l'espèce qui nous occupe ici. De là l'idée qu'il se pourrait bien qu'elle ne fût pas encore arrivée a l'état adulte; mais ces deux plantes ont des clavules d'une forme si différente qu'il serait extraordinaire que l'une ne fût que le jeune âge de l'autre. C'est une difficulté, au reste, que je n'ai pas le moyen de résoudre, quoique j'en aie d'assez nombreux exemplaires.

Ceux que j'ai en ce moment sous les yeux ont, les plus longs, environ deux pouces: ils sont terminés par une clavule oblongue de deux à trois lignes de hauteur, d'un diamètre tout au plus

d'une ligne, laquelle est surmontée d'une crête fimbriée ou d'une touffe de fibres divergentes.

Pl. IX, fig. 5. — *q*, *r*, *s*. Trois individus de l'*Hypoxylon comosum*, à différens âges et de grandeur naturelle. *q*. Laisse à peine distinguer le point où sera la clavule; ce point est blanchi par un *velum* pulvérulent. Dans *r*, on aperçoit un renflement qui est le rudiment de la clavule; à cette époque, le *velum* est encore présent et pulvérulent, mais sa couleur tire sur l'ochracé. La figure *s* montre la plante plus avancée, et, *peut-être*, arrivée à son état parfait, quoique l'absence des thèques et des sporidies doive en faire douter. On voit en *t* une section verticale grossie de la clavule de l'individu *s*. — *u*. Montre l'ostiole tel qu'il reste enchâssé dans le stroma après la chute du périthèce membraneux qu'on voit en *u'* grossi environ 15 fois. Cette dernière figure *u'* montre en *u''* la portion orbiculaire qui s'attache au bord intérieur de l'ostiole. La loge est déchirée et on en voit l'intérieur. *v*. Périthèce complet coupé verticalement par son milieu, pour laisser voir l'agencement des parties. *u'''*. Montre l'ostiole vu de face et en dedans, quand il a été abandonné par la chute de la poche membraneuse *u'*. Toutes ces figures, depuis *t* jusqu'à *v*, sont plus ou moins grossies.

31. *Hypoxylon* (Xylaria) *collabens* Montag. mss. : fragilissimum, stipitatum, stipite nigro-villoso, villo patenti, simplici aut bifurcato, clavulâ magnâ, sphæricâ, *Cerasi* magnitudine, nigrâ, intùs cavâ extùs subsquarrosulâ, appendice apicali brevissimo aut prorsùs nullo instructâ; peritheciis periphericis magnis membranaceis fuscis collabentibus, ostioli papillæformis prominuli limbo interno circulari adnatis. Sporidia fusiformia subelliptica reliquis hujusce generis ferè duplò majora.

Hab. in sylvis Guianæ centralis, ad ripas amnis *Camopi* in cortice arborum emortuorum putridorumque lectum. — Lepr. *Coll.* n° 407 et 409.

Tàm priori affinis species, ut varietatem ejus aut potiùs statum perfectum credam. Sunt quidem et transitus evidentes brevi pedicellati, clavâque minùs acutè fimbriatâ insignes. Res verò ut ut sit, stirps maximè spectabilis, dignissima, si fieri unquàm potuerit, quæ in loco natali scrutata sit.

Pl. IX, fig. 6. — *x*. Individu simple d'*Hypoxylon collabens*, vu de grandeur naturelle. *z*. Individu bifurqué du même, portant deux clavules et de grandeur naturelle. J'ai dit que cette espèce et la précédente avaient identiquement la même structure : elles ne diffèrent donc que par la forme. Peut-être la dernière, et plusieurs raisons me le donnent à penser, n'est-elle que l'état adulte de l'autre. Mais les formes sont si différentes, que, n'ayant pu suivre la métamorphose, j'en suis réduit à mettre les pièces du procès sous les yeux des juges compétens, qui en décideront. Dans tous les cas, mes figures compléteront l'histoire de cette intéressante Hypoxylée.

32. *Hypoxylon* (Xylaria) *anisopleuron* Montag. mss. : solitarium, lignosum, durissimum, clavulâ cum stipite obliquo obconicis leprosis opacis intùs solidis pallidis, peritheciis in parte supremâ subhemisphæricâ tuberculosâ submarginatâ obviis, globosis, parùm prominulis, monostichis, ostiolis discoideis centro papillatis. Sporidia et asci generis.

Hab. in sylvis montosis *Kau*, à Cayennâ viginti circiter leucas distantibus, ad ligna putrida, Maio 1838 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 438 et 254.

Obs. Conum basi obliquè truncatum et inversum fingas (stipes) cui impositum foret clavula hemisphærica inæqualis, et rei ideam habebis non malè expressam. Strobilorum *Pini* squamis nec planè absimile.

Utrùm reipsâ ab *H. polymorpho* distinctum, an verò ejusdem forma heteroclita, non liquet.

33. *Hypoxylon* (Xylaria) *Microceras* Montag. mss. : pumilum, simplex, raró furcatum, stipite vix ullo, clavulâ incurviusculâ, corniformi, extùs velo albo persistente obductâ, intùs cinereâ subpulveraceâ, peritheciis periphericis atris immersis, ostiolo nigro prominulo. *Asci sporidiaque* hujusce generis.

Hab. in sylvis montosis *Kau* et Sinamariensibus ad ligna corrupta, 1838 et 1839 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 242.

Obs. Sex lineas ad summum alta, vix millimetrum crassa, perfecta tamen. Tota albo-velata, melanosticta, formâ cornu parvulum æmulans, undè nomen. Stipes, ut ita dicam, vix ullus. Cum nullo descripto convenit. E ligno erumpit.

Pl. IX, fig. 4 — *n.* Un individu simple, comme ils le sont presque tous, d'*Hypoxylon Microceras*, vu de grandeur naturelle. *n'.* Un autre individu bifurqué, lequel peut résulter d'une soudure, vu également de grandeur naturelle. *o.* Coupe transversale de la clavule, pour montrer la grandeur relative et la disposition des loges; cette figure est grossie, mais un peu moins que la suivante *p*, qui présente une loge détachée et coupée dans son milieu.

34. *Hypoxylon* (Xylaria) *xanthino-velutinum* Montag. mss. : simplex vel ramosum, teres, apice acuto compressum, undiquè villo longo violaceo-brunneo hirtum aut vestitum, peritheciis superficialibus, subliberis (ut in *Thamnomyce*), ovatis, depressis, sparsis, demùm pertusis.

HAB. in fructibus putridis *Hymeneæ Courbaril,* circà Cayennam, Februario 1839, lectum. — Lepr. *Coll.* n° 574.

OBS. Species distinctissima, ut ut primo intuitu *Hypoxylo cornuto* Hoffm. simillima videatur. Non solùm equidem notis maximi momenti allatis sed et loco natali differt.

* *Hypoxylon gracillimum* Fr. (sub *Sphæriâ*) — Lepr.. *Coll.* n° 378, 384 et 388.

* *Hypoxylon cornutum* Hoffm. var. *pedatum.* — Lepr. *Coll.* n° 245 et 248.

* *Hypoxylon scopiforme* Kze (sub *Sphæriâ*). — Lepr. *Coll.* n° 224 et 228.

* *Hypoxylon polymorphum* Pers. (sub *Sphæriâ*).—Lepr. *Coll.* n° 226! 254? 277? 280?

* *Hypoxylon rhopaloides* Kze. (sub *Sphæriâ*). — Lepr. *Coll.* n° 236.

* *Hypoxylon multiplex* Kze. (sub *Sphæriâ*). — Lepr. *Coll.* n° 223, 246 et 247.

* *Hypoxylon scruposum* Fr. (sub *Sphæriâ*). — Lepr. *Coll.* n° 232 et 422.

35. *Hypoxylon* (Poronia) *OEdipus* Montag. mss.: nigrum, longè stipitatum, stipite basi bulboso apice attenuato in cupulam pezizoideam concolorem tandem dilatato, peritheciis erectis ovatis stromate albo immersis ostiolis hemisphæricis papillatis.

Sphæria punctata var. *œdipoda* Montag. (*Notice sur les plantes cryptogames de France, Supplément*, Annales des Sciences naturelles, deuxième série, *Botanique*, tom. VI, p. 333.)

HAB. in fimo equino propè Cayennam in planitiebus siccis, 1827, 1839, lectum. Etiam in Cubâ insulâ legit cl. Ramon de la Sagrâ.—Lepr. *Coll.* n°

OBS. Species omninò mihi olim dubia, nunc verò distincta. Ab omni autem *Hypoxyli* (Poroniæ) *punctati* varietate planè

et acutè recedit tùm stipite elongato basi in omnibus speciminibus, quæ multa fuerunt, visis, semper et crassè bulboso, tùm disco fermè nigro! ostiolis hemisphæricis colliculoso. Stroma intùs niveum. Iconem analyticam et descriptionem quantùm in me est accuratam hujus speciei in *Hist. phys. pol. et nat. de Cuba à cl. Ramon de la Sagra editâ* divulgare in animo est.

36. *Hypoxylon* (Pulvinatum) *comaropsis* Montag. mss.: globosum, fragilissimum, intùs et extùs atro-fuscum, peritheciis erectis globosis discoideo-prominulis fuscis collabentibus, ostiolis in disco subapplanato papillatis.

Hab. ad ligna putrida in sylvis Sinamariensibus, 1839 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 368.

Desc. Magnitudine baccæ *Piperis*. Formâ similis *Sphæriis fuscæ et fragiformi* à quibus situ amplitudineque peritheciorum necnon formâ ostioli maximè recedit. Inter periphericas et hypophericas media. *Perithecia* membranacea, semen papaveris æquantia, intùs et extùs fusca, nitidula, sæpiùs collabentia, in orbem disposita seu subcircinantia (non ideò tamen Circumscriptis affinis species) stromati fragilissimo, quod illa circumcingit undiquè per ostiola adhærentia, basi verò soluta vel prorsùs solubilia. *Ostiola* papillata, quodque in suo disco centrale. *Sporidia* cymbiformia, fusca, fragilia, compressa, intùs cava.

* *Hypoxylon* (Pulvinatum) *globosum* Spreng. (sub *Sphæria*). — Lepr. *Coll.* n° 227 et 228.

* *Hypoxylon* (Pulvinatum) *rubricosum* Fr. (sub *Sphæriâ*). — Lepr. *Coll.* n° 237.

* *Hypoxylon* (Pulvinatum) *concentricum* Bolt. (sub *Sphæriâ*). — Lepr. *Coll.* n° 249.

37. *Hypoxylon* (Pulvinatum) *Scleroderma* Montag. mss.: carnoso-suberosum, obpyriforme globosumve, spuriè stipitatum, basi attenuatum, sessile, intùs determinatè cavum extùsque læve, rubro-sanguineum, peritheciis heteromorphis oblongis globosisve polystichis cellulæformibus in strato concolori peripherico (lineam crasso) nidulantibus, ostiolis demùm prominulis confertis nigris perforatis. *Asci* breves clavati sporidia octona oblonga unicâ serie includentes.

Hab. in sylvis insulæ Cayennæ ad lignum emortuum, Maio 1839 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 431.

Cum nullo conferendum et distinctissimum. An *Sphæria cælata* Fr. hujusce ætas juvenilis?

Pl. X, fig 1. — *a. Hypoxylon Scleroderma*, de grandeur naturelle. *b.* Portion du stroma, creux au centre, montrant à la périphérie les périthèces noirs enchâssés sur plusieurs rangées de hauteur, dans une substance coriacée subéreuse et d'un rouge de sang. *c.* Quelques loges plus grossies. Pour qu'elles frappent davantage la vue, on a laissé leur cavité en blanc; les interstices seuls sont en noir. *d.* Deux thèques contenant chacune huit sporodies oblongues, grossies 380 fois.

38. *Hypoxylon* (Pulvinatum) *irradians* Montag. mss.: pulvinatum, basi constrictum, obtusè marginatum, papulatum, cinereo-umbrinum, stromate fuliginoso-olivaceo è fibris discoloribus à basi ad peripheriam flabellatìm radiantibus composito, peritheciis globosis in strato peripherico millimetrum crasso monostichis, ostiolis brevissimis in papillâ poro pertusis.

Hab. in sylvis montosis ad utramque ripam amnis *Conana*, Novembri 1837, lectum. — Lepr. *Coll.* n° 231.

Obs. Pluribus notis *Hypoxylo Placentæ* Nob. affine, à quo recedit inprimìs peritheciis non membranaceis, stromate nec carbonaceo nec atro, potiùs suberoso cæterisque. An tantùm hujusce ex ætate orta varietas?

Pl. X, fig. 2. — *e. Hypoxylon irradians* de grandeur naturelle, vu en dehors. *f.* Le même coupé verticalement en deux et vu en dedans. On voit les périthèces sur une seule rangée à la périphérie, et des lignes rayonnantes de la base à la périphérie, entre lesquelles se voient d'autres stries olivacées moins foncées en couleur. *g.* Forme et disposition des périthèces grossis.

39. *Hypoxylon* (Pulvinatum) *macrospermum* Montag. mss.: hemisphærico-subglobosum, depressum, extùs crustaceo-laccatum, nigricans, intùs luridum, peritheciis amplis (facilè omnium maximis) erectis oblongis, ostiolis exsertis conico-truncatis pertusis. Sporidia cymbiformia, maxima, sexies centesimam millimetri partem longitudine metientia, opaca. *Asci* non inventi.

Hab. ad lignum putridum cum priori lectum. — Lepr. *Coll.* n° 255.

Nisi *H. deusto* cujus quasdam formas refert nulli alio affine.

Ob perithecia maxima intùs nigra, sporidiis tandem dispersis alba, stromaque vix ullum heterogeneum cum nullo hujus tribus conferendum. Inter Sphæriaceas tribus sequentis *H. cœnopodi* Nob. analogum, sed ratione vegetationis diversum.

Pl. X, fig. 6. — *q.* Un individu d'*Hypoxylon macrospermum*, détaché de la matrice et vu de grandeur naturelle. *r.* Le même divisé verticalement par le milieu, et montrant ainsi la forme et la disposition des périthèces. *s.* Un de ces périthèces détaché, entier et grossi. *t.* Le même coupé par son milieu. *u.* Ostiole conique grossi. *v.* Sporidies grossies environ 120 fois. Elles sont disproportionnément plus grandes que dans les espèces voisines.

* *Hypoxylon* (Pulvinatum) *Asphalatum* Link. (sub *Sphœriâ*). Lepr. *Coll.* n° 436.

* *Hypoxylon* (Pulvinatum) *annulatum* β *depressum* Fr. (sub *Sphæriâ*). — Lepr. *Coll.* n° 230, 369 et 397.

BACILLARIA. Trib. nov.

CHAR. *Stroma* centrifugum, verticale, carbonaceum, teretem, stipitem mentiens, basi sæpiùs annulo matricali helciiformi cinctum. *Perithecia* verticalia, linearia, membranacea, immersa, in orbem disposita, in collum attenuata et ad discum plerùmque excavatum spectantia.

Tribus merè tropica, è paucis adhùc speciebus constans, in dies verò procul dubio ditescenda. Ad Hypoxyla hypopherica pertinet et tribus alias ejusdem sectionis omnimodis antepollet. Hùc spectant tres species subsequentes necnon *Thamnomyces Bacillum* in centuriâ primâ sub n° 32 divulgatus.

40. *Hypoxylon* (Bacillaria) *Leprieurii* Montag. mss.: cylindricum, politum extùs intùsque atrum, basi annulo stromatico cinctum, apice disco abruptè excavatum, margine disci obtuso, peritheciis amplis oblongis erectis periphericis, collo brevissimo aut nullo, ostiolo in areolâ insculptâ papillato.

HAB. ad cortices ramorum emortuorum dejectorum, quos horrentes miro modo reddit, in sylvis Guyanæ et prope Cayennam, Majo 1838 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 243.

Desc. Unciale, lineam sesquilineam crassum, carbonaceum, perfectè cylindricum, extùs cortice tenui laccato fragili obductum, atrum, læve et ità politum ut in torno factum videatur, basi annulo parvulo primò pallido tandem concolori, matrici adhærescente, ocream semilineam altam simulante cinctum, apice regulariter truncato discum excavatum offerens, intùs compactè stuppeum atrum. Disci orbicularis crassè et obtusè marginati fundus subapplanatus tot fossulis in ambitu quot adsunt perithecia quorum ostiola in eo erumpunt, circumfossus est. *Perithecia* membranacea, circiter dena (10-12) peripherica seu in circulum disposita, demersa, erecta, oblonga sursùm in collum brevissimum (aut nullum) attenuata, intùs extùsque fusco-nigra, ostiolo papillæformi in quâvis fossulâ prominulo instructa. *Asci* longissimi, lineares, inter paraphyses numerosissimas tenuissimas aciculares latentes. *Sporidia* cymbiformia, primo concatenata, monosticha, demùm libera caudata, hâc notâ ab omnibus, *Sphæriâ melanaspide* exceptâ, distincta.

Pl. X, fig. 3. — *g. Hypoxylon Leprieurii*, de grandeur naturelle. On voit en *g'* l'espèce de bourrelet ou d'*ocrea* qui environne la base du stroma, et dans lequel celui-ci est comme enchâssé. *h.* Section verticale passant par le milieu de la partie supérieure ou fructifère du stroma. On voit de chaque côté, en *h' h'*, une loge, et dans le reste de la demi-périphérie, les fossettes où viennent aboutir les ostioles des loges qu'on ne peut voir. *i* montre le sommet du stroma ou son disque vu de face; par la disposition des ostioles à la circonférence, on peut juger de la place qu'occupent les loges dans l'intérieur du stroma. Ces deux figures sont grossies 3 fois en diamètre. Pour les thèques et les sporidies, voyez celles du *Sphæria melanaspis*, même planche, fig. a, b, c.

41. *Hypoxylon* (Bacillaria) *Cyclops* Montag. mss. : stroma è ligno erumpens, carbonaceum, cylindricum, crassum, breviusculum, durissimum, atro-nitens, apice obtuso rotundato cupuliformi-excavatum, peritheciis periphericis confertis erectis pressione mutuâ difformibus, elongatis, axi centrali stromatico columellæ vicem gerenti circumpositis, ostiolis in disco subparvo crassè obtusèque marginato vix prominulis. Asci filiformes? Sporidia? pellucida globosa minima..... mihi maximè dubia.

Hab. ad ligna emortua in declivis Montis *Tigre* insulæ Cayennæ lectum. — Lepr. *Coll.* n° 221.

Priori analogum sed diversissimum. *Stroma* crassissimum, teres, carbonaceum, fragilissimum, durum tamen, lineam altum sesquilineam crassum, basi nullo annulo cinctum, è cortice erumpens, apice convexo-rotundatum disco seu foveâ profundâ sed angustâ insculptum. *Perithecia* perplura columellæ centralem carbonaceam circumdantia, erecta, elongata, pressione dif-

formia, illis prioris speciei similia. *Ostiola,* si adsunt, ut puncta prominula colliculosum discum reddentia conspiciuntur. Cave sedulò ne tibi fucum faciant *Physari* corrupti cujusdam stipites superstites usque eò ut eos pro distinctis rostellatisque ostiolis habeas. In ascis normalibus sporidiisque frustrà inveniendis multum tempus et laborem impendi perdidique.

Pl. X, fig. 4. — *k.* Plusieurs individus de l'*Hypoxylon Cyclops*, dont un coupé verticalement par son milieu, vus de grandeur naturelle sur le morceau de bois carié où il vit. *l.* Un individu grossi et divisé de haut en bas par son milieu, afin de montrer les loges qu'il renferme. Notez que cet individu n'offre pas la columelle dont nous avons parlé, et qui se voit fort bien au centre dans la fig. *m*, qui représente un autre individu également grossi et coupé transversalement vers le milieu de sa hauteur. Les loges, dans cet échantillon, sont disposées autour de la colonne centrale carbonacée à laquelle nous donnons, abusivement peut-être, le nom de columelle. Les périthèces, comme la columelle centrale, sont représentés en noir mat.

42. *Hypoxylon* (Bacillaria) *poculiforme* Montag. mss. : cœspitosum, obovatum, læve, nigrum, nitidum, fragile, à basi substipitatâ, stipitibus basi stromate nigro conjunctis, in capitulo ovato lævi ampliatum, peritheciis linearibus, erectis, paucis, demersis, fuscis, compresso-angulatis, ostiolis latentibus.

Corynelia poculiformis Kze. in Weigelt Surin. exsic.

Hab. in sylvis montosis viam quæ ad *Kau* ducit marginantibus, necnon in Cubâ insulâ undè à cl. Ramon de la Sagra relatum est, lectum. — Lepr. *Coll.* n° 414.

Obs. Iconem descriptionemque hujusce speciei in *Hist. phys. polit. et nat. de Cuba* evulgabo.

43. *Hypoxylon* (Glebosum) *lucidulum* Montag. mss. : sessile, orbiculare, subcupulæforme, centro umbonato, extùs intùsque carbonaceum, atro-nitidum, peritheciis paucis amplis globosis concoloribus, ostiolis punctiformi-prominulis.

Hab ad ligna in sylvis collinis propè amnem *Conana,* Novembri 1837 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 430.

Stroma lineam altum, duas lineas latum, carbonaceum. *Perithecia* globosa, peripherica, stromati concoloria. *Ostiola* ut

puncta minutissima prominula. *Sporidia* cymbiformia elongata.

H. repando simile, sed minus, cæterùm centro sub umbonato et formâ peritheciorum ostiolorumque omninò distinctum videtur. Ab *H. cœnopode*, quod et ipsum sessile observatur, differt inprimis colore et cortice lævigato nitidulo. An verò ipsius tamen varietas?

* *Hypoxylon* (Glebosum) *ustulatum* Bull. — Lepr. *Coll.* n° 225 et 235. (*Sphœria deusta* Hoffm.)

* *Hypoxylon* (Glebosum) *arecarium* Willd. Herb. — Lepr. *Coll.* n° 432.

44. *Hypoxylon* (Glebosum) *Heliscus* Montag. mss. : cæspitosum, minimum, gomphodes, suberosum, leproso-scabridulum, atrum, intùs album, capitulo subrotundo depresso, perithe ciis (pro ratione) amplis globosis immersis subcolliculoso, ostiolis prominulis umbonatis.

Hab. ad truncos emortuos in sylvis paludosis radices montis *Tigre* circumdantibus, hieme 1838 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 252.

Desc. Duas lineas vel ad summum tres altitudine attingens, à capitulo lentiformi colliculoso, vix lineam lato, sic abruptè attenuatum sensìmque diminutum ut clavum minimum (undè nomen) prorsùs formâ referat. *Perithecia* pauca globosa ampla nigra in stromate pallido immersa, ostiolo instructa prominulo. *Asci* clavati deorsùm attenuato-filiformes, sursùm sporidia octona, uniseriata, bilocularia includentes. Cæspitosè crescit.

Hypoxylo Clavo Fr. (sub *Sphœriâ*) differt capitulo minore, vix lineam metiente, peritheciis globosis in stromate albo sparsis, tandem ostiolis majusculis, umbonis vel disci ad instar prominulis, centroque excavato-punctiformibus. Præterea nostrum *H. globosum* stipite auctum assimilat. Specimina equidem chilensia habeo à Bertero relata formam *H. Helisco* proximam exhibentia. Differunt autem stipitibus villo brunneo vestitis, capitulo perfectè globoso, non verò depresso, nec non ostiolis (an nondùm benè evolutis) prominulis.

Pl. X, fig. 5. — *n, n.* Deux individus de l'*Hypoxylon Heliscus* séparés du groupe où ils vivent en sociétés nombreuses, et vus de grandeur naturelle. *o.* Un de ces individus entier et grossi. *p.* Un autre, vu au même grossissement et coupé longitudinalement par le centre, afin de laisser voir la disposition des loges et leur grande dimension relative. *p'.* Une de ces loges détachée et coupée par son milieu.

45. *Hypoxylon* (Connatum) *hypomiltum* Montag. mss. : convexo-applanatum, orbiculare, effuso-confluens, minutissimè granulosum, atro-purpureum, lignum circùm circà rubegine tingens, intùs manifestè rubiginosum, peritheciis colliculosum prominulis monostichis ovato-oblongis, intùs nigris, pulvere rubiginoso interspersis, collabentibus, ostiolis punctiformibus vix conspicuis. Asci sporidia ovato-gigartoidea fusca limbo hyalino cincta, in massâ cellulosâ nuclei dispersa, non verò ascis inclusa. Aliquot observavi bilocularia.

Hab. ad lignum putridum in sylvis circà urbem Cayennam, 1838 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 371.

Obs. Quoad colorem *Hypoxylo rubricoso* Fr. simile, toto cœlo verò diversum. Ab omnibus hujus tribus speciebus abundè peritheciis cupulari-collabentibus et pulvere rubiginoso discretis differt.

46. *Hypoxylon* (Connatum) *vinosum* Montag. mss. : orbiculare effusumque ad cortices, unciale, tenue, granulosum, pulvere vinoso-violaceo conspersum, intùs luteo-cerinum, margine sterili, peritheciis confertis minutis oblongis prominulis intùs atris, apice umbilicato pertusis.

Hab. ad cortices dejectos in sylvis Cayennensibus, Aprili 1839 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 442.

Affine H. *rubiginoso, perforato, atropurpureo* cæterisque, à quibus omnibus, præter alias notas suprà memoratas, imprimis veli colore insigni distinctum videtur.

* *Hypoxylon* (Connatum) *cœnopus* Fr. (sub *Sphœria*) — Lepr. *Coll.* n° 387, 400, 425 et forsan 430.

47. *Hypoxylon* (Villosum) *erinaceum* Montag. mss. : erumpens, convexo-pulvinatum, colliculosum, confluens, tomento

cinereo-fucescenti vestitum, intùs corneum, peritheciis (mediæ magnitudinis) ovatis oblongisve polystichis prominentibus, evacuatis intùs albis, ostiolis exsertis teretibus lævibus longissimis flexuoso-divergentibus atris. Asci brevissimi clavulati sporidia globosa 6-8 hyalina includentes.

Hab. ad truncos dejectos in sylvis Sinamariensibus, Januario 1839 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 396.

Species abnormis, vegetatione Versatilibus, tomento verò quo tota est obducta, Byssisedis affinis. Colore externo et tomento à *Sphæriâ Hystrice* maxime recedit; à *S. medusinâ* et *pannosâ* ostiolis longis teretibus aliisque notis valdè diversa.

48. *Sphæria* (Lignosa) *melanaspis* Montag. mss.: erumpens, elliptica, plana, centro subumbonato extus et intùs atra, peritheciis centralibus ovatis, ostiolis punctiformibus in areolis vix prominulis orbicularibus confluentibus.

Hab. ad cortices ramorum emortuorum in sylvis Guianæ centralis et circà Cayennam abundè, 1837-1839 lecta. — Lepr. *Coll.* n° 238.

Desc. Formâ, vegetatione, fructificationeque species maximè memorabilis. Hæc autem crescit sub epidermide ramorum dejectorum carieque consumptorum, quâ elapsâ, nuda remanet, cortice illæso circumdata. Tùm verò formâ ellipticâ regulari gaudet, quæ clypeolum planè refert, undè nomen traxi. Aterrima est et nitidula, in centro tamen, ubi conspiciuntur ostiola, opaca. *Stroma* tenue chartâ pergamenâ vix crassiùs, 6-8 lineas longum, 3-6 lineas latum, interdùm à corticibus, in quibus illigatum, omninò solubile, tunc subtùs cinerascens, sæpiùs tandem sic ad proxima confluens, ut ramus maculis atris totus adspersus videatur. *Perithecia* in centrum collecta, ovato-oblonga, erecta, evacuata intùs alba. *Ostiola* punctiformia, oculo armato tantùm conspicua, quodque in areolâ tenuiter marginatâ prominulum. Pars stromatis rugulosa, ostiolata, centralis, à peritheciis insessa, quadrantem clypeoli partem efficit, vel aliis ut utar vocabulis ad ideam eamdem exprimendam, centrum fertile margine circumcinctum est bi-trilineari, lævigato, nitidulo, sterili. *Asci* longissimi, tenuissimis, acicularibus, basi, ut videtur, junctis, immixti. *Sporidia* cymbiformia, uniseriata, primò concatenata demùm libera, hinc caudata s. appendice filiformi aucta (illis *Hypoxyli Leprieurii* similia). Nulli affinis.

Pl. X, fig. 7. — *x*. Une plaque un peu grossie du *Sphæria melanaspis*, reposant sur l'écorce où elle vit. *y*. Coupe verticale de la même, passant par le milieu des loges. a. Une thèque

remplie de sporidies et accompagnée de ces paraphyses en forme d'aiguilles très allongées, dont j'ai parlé, vue à un grossissement de 270 fois le diamètre. b. Une sporidie didyme, ou plutôt deux sporidies soudées ensemble par leur appendice caudal. c. Trois autres sporidies libres. Ces sporidies b, c, sont grossies 380 fois. Je n'ai représenté ni les thèques, ni les sporidies de l'*Hypoxylon Leprieurii,* parce que, chose remarquable, elles sont identiques à celles que l'on voit ici.

49. *Sphæria* (Lignosa) *heterostoma* Montag. mss. : erumpens, convexo-plana, suborbicularis, lævis, atra, peritheciis confertis oblongis erectis, monostichis, ostiolis duplici formâ insignibus, centralibus tenuissimè annularibus, cæteris *Canterios* (vel hoc signum punctuationis quod nos Galli *accent circonflexe* vocamus) referentibus, anguli apice ad peripheriam verso. Asci elongato-clavati sporidia 6-8 elliptico-subreniformia continentes.

Hab. ad cortices truncorum dejectorum in sylvis montis *Tigre* insulæ Cayennæ, Martio 1839 lectum. — Lepr. *Coll.* n° 229 et 395.

S. nummulariæ simillima. Vegetatio ut prioris. Ostiolorum autem formâ tam singulari, ab omnibus descriptis procul dubio distinctissima, naturæ milliformis mirabile artificium. Dantur binæ varietates quæ solùm magnitudine differunt et confluentiâ plagarum. Adde his, quòd in alterâ omnia ostiola conformia sint. Sic autem definiatur varietas : *conformis,* minor, subrotundo-difformis confluens convexa, ostiolis omnibus canteriiformibus.

Pl. X, fig. 8. — d. Portion d'écorce représentant en d′ une plaque du type du *Sphæria heterostoma,* et en d′′ plusieurs plaques de la variété *conformis* de la même espèce, vues toutes de grandeur naturelle. e. Coupe verticale passant par le centre de la plaque pour montrer la forme et la disposition des périthèces. f. Portion de la plaque ou du stroma grossie et sur laquelle on observe les trois sortes d'ostioles, ronds au centre, puis oblongs ou en fer à cheval; puis enfin, à mesure qu'on se rapproche de la circonférence, revêtant la forme d'un chevron ou d'un accent circonflexe. La variété offre ceci de remarquable, que les plaques en sont beaucoup plus petites, irrégulières et confluentes, et que les ostioles, en petit nombre, sont tous de la dernière sorte. Je n'ai pourtant pas cru devoir, sur ces seuls caractères, la distinguer spécifiquement. En outre, pour épargner la place, j'ai réuni sur la même écorce l'espèce et la variété, bien que l'une et l'autre croissent sur des écorces différentes, mais cependant dans la même localité.

50. *Sphæria* (Lignosa) *microsticta* Montag. mss. : erumpens, orbicularis vel oblonga, applanata, punctis minutissimis exasperata,

extùs albo-pruinosa intùs nigra, peritheciis ovatis membranaceis latentibus, ostiolis papillatis, papillâ marginatâ.

HAB. ad cortices dejectos in sylvis Sinamariensibus, Januario 1839 lecta. — Lepr. *Coll.* nº 293.

S. stigmati affinis, stromate verò punctato, ostiolisque prominulis margine cinctis diversa. Hâc ultimâ notâ nec non sporidiorum formâ *S. menalaspidi* perquàm proxima et forsan hujus ætas juvenilis. A *S. annulatâ* non solùm ratione vegetationis sed et formâ stromatis regulari, ipsorumque ostiolorum maximè recedit. Ab *Hypoxylo arecario*, cui ob ostiola sat similis, ascis linearibus sporidia cymbiformia utrinque acuminata, hinc caudata *quaterna* includentibus inprimis differt.

* *Sphæria* (Lignosa) *anthracodes* Fr. — Lepr. *Coll.* n 222 et 379.

* *Sphæria* (Versatilis) *radicalis* Schwz. — Lepr. *Coll.* nº 392.

OBSERVATIONS *sur le phénomène physique qu'offrent les feuilles du* Schinus molle, *lorsqu'on les jette sur l'eau; par le professeur* PIERRE SAVI, *à Pise* (Notizie storiche della Academia Valdarnese, p. 42).

(Trad. par M. SPACH.)

On sait que lorsqu'on jette à la surface de l'eau des fragmens de folioles de *Schinus molle*, on les voit se mouvoir brusquement et comme par saccades interrompues, pendant un certain temps, dans une direction contraire à celle de leur rupture; en même temps, il se forme autour de la déchirure, des expansions successives d'un liquide, qui s'étend à la surface de l'eau sous forme de lames circulaires irisées très minces, lesquelles chassent de cette surface, sur toute l'étendue qu'elles recouvrent, les